

- 182. Hadrianus V. Capuanus.
- 183. Joannes XX. Lufitanus: mixtatur aliqui cur ille Joannes dici voluerit XXI. cum pulvis precesserit XX.
- 184. Nicolaus III. Romanus.
- 185. Martinus II. Turonensis Gallus.
- 186. Honorius IV. Romanus.
- 187. Nicolaus IV. Afulanus.
- 188. Celestinus V. Eufurienfis, qui raro exemplo dimissa sponte Pontificia dignitate, ad Monachatum rediit.
- 189. Bonifacius VIII. Anagninus: Cardinalibus S.R.E. purpureas vestes dedit.

XIV. Saeculum.

- 190. Benedictus X. dictus XI. Tarvisinus, Ordinis Prædicatorum.
- 191. Clemens V. Burdigalensis Gallus.
- 192. Joannes XXI. dictus XXII. Cadurcensis Gallus.
- 193. Benedictus XII. dictus XII. Poperisus.
- 194. Clemens VI. Lemovicensis Gallus.
- 195. Innocentius VI. Lemovicensis Gallus.
- 196. Urbanus V. Mimatensis Gallus.
- 197. Gregorius XI. Neapolitanus, qui reduxit Sedem ad Urbem.
- 198. Urbanus VI. Neapolitanus: contra quem sedit Avonione Clemens dictus XII. Ante Robertus Gebepensi.
- 199. Bonifacius IX. Neapolitanus.

XV. Saeculum.

- 200. Innocentius VII. Sulmonensis.
- 201. Gregorius XII. Venetus.
- Alexander V. Cratensis, vivente Gregorio XII. Nam cum in schismate contra Urbanum VII. Clementi dicto VII. successisset Benedictus XIII. & haec schismata vellet Concilium Pisum a medijs adhibere, creavit Alexandrum V. Indequo tres Pontifices simul sederunt. Gregorius XII. in Concilio Constantiensi postea depositus, & Alexander V. interim mortuus & paulo post Joannes XXIII. alias XXIII. Neapolitanus, in Concilio pariter Constantiensi depositus.
- 202. Martinus III. Romanus, qui dictus est V. ab his qui viderunt Marini, & Marini in serie Pontificum conductum.
- 203. Eugenius IV. Venetus, contra quem sedit in Gallia Felix V. antea Amedeus Dux Sabaudie, creatus in Concilio Basiliensi.
- 204. Nicolaus V. Lucanus.
- 205. Calixtus III. Valentinus Hispanus.
- 206. Pius II. Senensis, Aeneas Silvius dictus.
- 207. Paulus II. Venetus.
- 208. Sixtus IV. Savonensis.
- 209. Innocentius VIII. Genuefis.
- 210. Alexander VI. Borgis Valentinus Hispanus.

XVI. Saeculum.

- 211. Pius III. Senensis.
- 212. Julius II. Savonensis.
- 213. Leo X. Florentinus.
- 214. Hadrianus VI. Trajectensis Flander.
- 215. Clemens VII. Florentinus.
- 216. Paulus III. Farnesius Romanus.
- 217. Julius III. Aretinus.
- 218. Marcellus II. Politianus.
- 219. Paulus IV. Neapolitanus.
- 220. Pius IV. Mediolanensis.
- 221. Pius V. Alexandrinus Ordinis Prædicatorum.
- 222. Gregorius XIII. Bononiensis.
- 223. Sixtus V. ex Marchia Anconitana.
- 224. Urbanus VII. Romanus.
- 225. Gregorius XIV. Mediolanensis.
- 226. Innocentius IX. Bononiensis.
- 227. Clemens VIII. Florentinus.

XVII. Saeculum.

- 228. Leo XI. Florentinus Medices.
- 229. Paulus V. Romanus.
- 230. Gregorius XV. Bononiensis.
- 231. Urbanus VIII. Florentinus.
- 232. Innocentius X. Romanus.
- 233. Alexander VII. Senensis.
- 234. Clemens IX. Piatoriensis.
- 235. Clemens X. Romanus.
- 236. Innocentius XI. Mediolanensis, qui nunc feliciter Ecclesiam regit.

Circa adductum Summorum Pontificum Catalogum, quatuor breviter observanda sunt. Primum est, ex ducentis triginta sex Pontificibus recensitis, triginta quinque fuisse Martyres, & triginta septem Confessores, Sanctorum Catalogo adscriptos. Secundum, quinquaginta duo & diversis Religioforum Ordinibus ad Pontificiam dignita-

tem virtutis merito fuisse erectos. Tertium, quatuordecim ex illis fuisse ex Gallia, quatuor ex Hispania, quatuor ex Germania, unum ex Anglia, unum & Belgio, quidem ex Graecia, septem ex Syria, tres ex Africa, duos ex Sardinia, ceteros vero omnes, aut patria Romanos, aut natione Italos fuisse. Demum observandum est, nullum ex illis ducentis triginta quinque Pontificibus, huc usque ex aquale dies Petri; immo aliquos fuisse, qui nec integrum mensem, sed nec hebdomadam unam sui Pontificatus compleverint. Nam Stephanus II. dies tantum 4. in Pontificatu vixit, Urbanus VII. dies 7. Bonifacius VI. dies 15. Celestinus IV. dies 17. Sifonius dies 20. Marcellus II. dies 21. Damasus II. dies 23. Pius III. dies 26. Leo XI. dies 27. Cujus rei piam & egregiam assignat rationem Petrus Damianus opusculo 23. c. 1. ubi Alexandrum II. sic alloquitur: *Aliquando a me sollicito rogatus, qui mihi causas videretur, cur Apostolica Sedes Antistes nunquam diutius vivat, sed intra breve temporis spatium autem claudat extremum, adeo ut post B. Petrum Apostolum, qui per quinque dies inter manus Iustitiae praesedit, nemo postmodum Romanorum Pontificum hoc spatium praesulatus agnoverit; modestis immo temporibus, vix quinquaginta in praesenti Sedis culmen accipit, qui nec unquam quatuor, vel ut multum, quinque mensibus antequam Quod considerantibus prodigialis, ut ita loquar, super observatur, quantum haec brevitas vivendi necessitas quantum ad nostram notitiam, in nulla alia vobis Ecclesia reperitur. Sed in quantum mortalibus divina dispensatione servatur arcuatur, videtur vobis, quid dicitur hoc Iudicii caelestis ordo disponit, ut humano generi neque mensis incutiat, & quam dispicienda sit temporalis vite gloria, in isto gloria principatus, evidenter ostendat; quatenus dum praecipuus hominum san- angustis temporis compendio moritur, & transiens quiesce ad praesentis sui obitus custodiam procedit, & error humani generis, dum cacumen ac verticem suum tam facile corrumpit considerat, statim cunctis formidinis, in suis ultique manifestis contentis.*

Hanc Pontificatus brevitate diligenter inculcat B. Bernardus Epist. 137. ad Eugenium scribens: *in omnibus operibus (inquit) momento te esse hominem: & timor ejus qui auctor spiritum Principum, semper sit ante oculos tuos. Quantum in brevi Romanorum Pontificum moris tuis oculis abscessit, id est ad praesentem tui certissima & certissima decessione admovent; & modicum tempus dominationis eorum, paucitatem aeterni tuorum navant tibi. Ius proinde meditatione, inter hujus praesentis gloria blandimenta memorare novissima tua: quia quibus successisti in Sedem, istis sine dubio sequeris ad mortem, &c.*

DISPUTATIO V.

De Sacris Ecclesiae Conciliis.

UT omnes fidei regula explicetur, de Sacris Ecclesiae Conciliis, eorumque in rebus fidei determinandis infallibilitate, superest nobis breviter differendum. Unde sit

ARTICULUS I.

Utrum Concilium generale, legitime congregatum, & celebratum, in determinando res fidei, errare nequeat, subindeque sit regula infallibilis nostrae fidei?

§. I.

Quibusdam praemissa Catholica veritas statuitur,

Suppono primo, Concilium sic definiti posse, Congregatio primorum Ecclesiae sub uno certo capite, ad controversias fidei definitivas, legesque universales ad totius Ecclesiae mores spectantes condendas. Dicitur Congregatio primorum, quia ad Concilium vocari non debent, nisi principales Ecclesiae Praelati, cujusmodi sunt Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchae, qui soli in eo jus suffragii habent: Abbatibus vero & Generalibus Religiosis, non nisi ex privilegio & concessione Pontificum illi intersunt. Vocantur etiam ad illud Theologi & Doctores, non ad legendum suffragium, sed ad disputandum & causas fidei examinandas. Subditur sub uno capite quia non est Concilium, sed conciliabulum quod non est congregatum sub uno certo capite & Pastore Ecclesiae, Additur: ad controversias fidei definitivas, legesque universales condendas: quibus verbis insinuat causa finalis propter quam solent Concilia cogi. Unde si Praelati Ecclesiae propter aliqua negotia secularia congregarentur, non diceretur Ecclesiae Concilium.

Suppono secundo, Concilium sic definitum esse quadruplex, nimirum Generale, Nationale, Provinciale, & Dioecesanum. Concilium generale dicitur cui interesse potest & debent, nisi legitime impediatur, Episcopi totius orbis cum Sede Apostolica communionem habentes, unde dicitur

dicitur etiam oecumenicum, id est totius orbis Concilium, & illi nemo recte praesidet, nisi Summus Pontifex, si cum habeat Ecclesiam, aut alius ejus nomine. Concilium nationale est illud in quo conveniunt Archiepiscopi & Episcopi unius regni vel nationis, cuique praesit Patriarcha aut Primas. Talia fuerunt multa ex Conciliis Romanis, Toletanis, & Africanis, quae vocantur interdu Concilia universalis, non quod generalia sunt absolute, sed quia generalia sunt quoad aliquod regnum. Concilium vero provinciale illud est in quo Episcopi unius dumtaxat Provinciae congregantur, cuique praesit debet Archiepiscopus, five Metropolitanus. Denique Concilium Dioecesanum dicitur illud in quo tantum congregantur Canonici & Parochi unius Episcopatus, cuique Episcopus loci praesidet: & hoc postmodum Concilium vix nomen Concilii meretur, quandoquidem Concilia jurisdictione exteriori gaudere debent: in Dioecesi autem nullus est ordinarius, praeter Episcopum, qui hac jurisdictione polleat.

Suppono tertio, Concilia particularia five nationalia five provincialia, non confirmata a Summo Pontifice, posse errare in rebus ad fidem pertinentibus, testis est Carthaginense Concilium sub D. Cypriano, quod fuit nationale, celebratum, & legitimum Episcoporum 85. quorum plerique Martyres aut Confessores erant, ut colligitur ex Epistola Cypriani ad Jubanum, & tamen erravit, desinendo baptizatos ab haereticis esse iterum baptizandos. Nec mirum, talia epim Concilia non sunt universalis Ecclesiae, neque illam representant, nec inventum promissionem aliquam eis specialiter factam de infallibilitate. Ea propter haereticis Palagianis a Concilio nationali Africano 217. Episcoporum damnata, non prius ab universali Ecclesia damnata est, quam Zosimus Papa decreta illius Concilii confirmasset, ut refert D. Prosper in Chronico, & D. Augustinus I. 2. retract. cap. 20. non dicit haereticum Palagianum, sed a Concilio quae particularia errant damnata, sed a Pontificibus Innocentio & Zosimo, cooperantibus Africanis Conciliis.

Denique, ut certum supponimus, Concilium generale illegitimum posse errare, subindeque non esse regulam fidei: ut patet ex Ariminensi sexcentorum Episcoporum, non coacto auctoritate Summi Pontificis, in quo approbatus fuit Ariianismus, Ephesino secundo auctoritate Theodosii junioris, a Dicoforo Alexandrino celebrato, quod spreto Legatos Pontificis, & favit Eutychei: Constantino in Trullo, quo can. 2. approbavit Synodum Cypriani de rebaptizandis haereticis, aliaque multa perperam statuit: altero Constantino in Episcopo Imaginum, reluctans Nicolai Papae Legatis: qui etiam cultus damnatus fuit ab altero Concilio 339. Episcoporum, coacto a Constantino Copronymo.

Solum ergo difficultas est, an Concilium generale, legitime congregatum & celebratum, cui Summus Pontifex per se vel per suos Legatos praesens adest, non possit errare in his quae definit esse tenenda fidei divina, subindeque sit infallibilis regula fidei? Id enim negant hujus temporis haeretici, contententes Concilia generalia, etiam legitime congregata, & a Summo Pontifice approbata, esse erroris obnoxia. Pro cujus errore impugnatione

Dico breviter, Concilium generale, legitime congregatum & celebratum, non posse errare in determinando res fidei, subindeque illud esse infallibilem fidei regulam. Colligitur ex Scriptura: Dicitur enim Matthaei 18. *ubi fuerit duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*: Sed Concilium legitime congregatum, est congregatum in nomine Christi: igitur in medio ejus praesidet Christus sua infallibili assistentia. Item Actor 15. dixerunt Apostoli: *Visum est Spiritui Sancto & nobis &c.* Quibus verbis non obscure significatur, Conciliorum definitiones esse a Spiritu Sancto, & a proinde infallibiles. Favent etiam Sancti Patres, specialiter S. Gregorius libro 1. Epistolatum, Epist. 24. ubi dicit se venerari quatuor Concilia generalia (videlicet Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense, quae ipsum praesentant) sicut quatuor Evangelia.

Ratio enim suffragatur: De fide enim est, Ecclesiam universalem errare non posse in credendo & docendo, illa enim est columna & firmamentum veritatis, contra quam porta inferi nequeunt prevalere, ut supra ostensum est, disp. 3. art. 1. Atqui si Concilium generale, legitime congregatum, & celebratum, errori obnoxium esset, eo ipso erraret universa Ecclesia in credendo & docendo, cum tale Concilium universalem representet Ecclesiam, & tota Ecclesiae auctoritas in eo sit; adest enim Summus Pontifex per se, vel per suos Legatos; & Episcopi, qui sunt Ecclesiae Principes, & nobiliores ejus partes seu membra, ei assistunt: Ergo, &c.

Confirmatur: vel Ecclesia omni regula viva & iudice controversiarum sufficienti destituta est (quod quam sit absurdum supra ostendimus disp. 3. art. 1. vel in Concilio generali legitimum, id est capiti & praecipuis membris Ecclesiae totam representantibus, concedi debet: neque enim

haec regula potest esse totum corpus Ecclesiae, ut comprehendit omnes Catholicos, propter impossibilitatem omnes cogendi vel consulendi, & propter alia multa, quae loco citato adduximus.

Addo quod si Concilia generalia legitime congregata, & auctoritate Summi Pontificis confirmata, errori obnoxia essent, possent in dubium revocari omnes in illis haereticis damnata: possent dicere Arius, errasse Nicenum, Macedonius Constantinopolitanum, Nestorius Ephesinum, Eutyches Chalcedonense, sicque omnes fopite haereticis & extinctis ex suis cineribus resurgere, & quatuor prima illa Concilia nullo honore digna essent, cum tamen ea videamus etiam ab Adversariis cum honore faspici, & D. Gregorius supra relatus testetur, se non minus illa quam quatuor Evangelia venerari.

§. II.

Solvuntur objectiones.

Contra istam conclusionem objicit primo Calvinus in suis institutionibus c. 8. de fide n. 161. Augustinus contra Maximum lib. 3. c. 14. docet non Concilium, sed Scripturarum auctoritate de rebus fidei certandum esse, sic enim habet: *Nec nunc ego Nicenum, nec tu debes Ariminense, tanquam praesudicaturus proferre Concilium: nec ego hujus multitudine, nec tu illius destitueris; Scripturarum auctoritatibus, non quorumcumque propriis, sed utriusque communibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione, concordes: Ergo censet Concilia generalia, legitime congregata & celebrata, & a Summo Pontifice confirmata, non esse infallibilem regulam fidei, sed illa erroris obnoxia esse. Unde lib. 2. de Baptismo c. 3. dicit Concilia plenaria priora, a posterioribus emendari.*

Respondeo primo, Calvinum sibi ipsi manifeste contra dicere, ac seipsum ut ita dicam jugulare, cum loco citato num. 154. de antiquis Conciliis haec scribat: *Veneror ea ex animo, sive in honore apud omnes esse cupio.*

Respondeo secundo, Augustinum eo loco Concilium legitime congregatis, & a Pontifice confirmatis, in finiendis rebus fidei auctoritatem non negare, cum ipsis tantam tribuat, ut ne ipsi quidem Evangelio se crediturum fateatur, nisi Catholica Ecclesia ipsum commoveret auctoritas, contra Epistolam fundamenti c. 5. Sed cum controversia esset inter ipsum & Maximum Ariam, qui Niceni Concilii in quo definita fuit Filius Dei consubstantialitas, eaque novo vocabulo *Homousios* explicata, auctoritatem non admittebat; cumque ex alia parte in Concilio Ariminensi, ob pravitatem aliorum Episcoporum Ariarum, rejectum fuisset ob vocabuli novitatem, nomen *Homousios*, & Maximum Niceno Concilio, Concilium Ariminense opponeret, D. Augustinus videns non esse consumendum tempus in ostendendo quod Concilium Nicenum erat legitimum, & Ariminense illegitimum, quia habebat argumenta ex Scriptura magis efficacia, dixit: *Nec ego hujus, nec tu illius auctoritate destitueris: id est non vis teneri Concilii Niceni auctoritate quam tibi objicio, nec ego Concilii Ariminensis quod opponi Niceno: omitterem ergo Conciliorum auctoritatem, & ad Scripturas venissem.*

Ad id vero quod ex eodem August. lib. 2. de Baptismo subditur, dicendum est, ipsum ibi non loqui de fidei doctrina, sed de quaestionibus facti, qualis erat quaestio praecipua Catholicorum cum Donatistis, contra quos ibi disputat, an nimirum Caecilianus libros sacros tradidisset hostibus Ecclesiae: in his vero & similibus facti quaestionibus, Summum Pontificem & Concilia non esse infallibilia, omnes fatentur. Unde potest unum Concilium, etiam confirmatum, in definitionibus talium quaestionum, emendari ab alio.

Obijciunt secundo haeretici: Plura Concilia etiam in rebus fidei erraverunt: Ergo illa non sunt regula infallibilis nostrae fidei. Consequenter patet. Antecedens variis exemplis demonstratur. In primis enim (inquit) Pontifices Judaeorum erraverunt in Concilio contra Christum inito Joann. 11. versu 47. Secundo, Concilium Neocaesariense confirmatum a Leone IV. videtur errasse damnando secundas nuptias, iis verbis quae habentur fest. 7. *Presbyter conciviva secundarum nuptiarum interesse non debet: cum praecipitur secundis nuptiis poenitentiam tribuere.* Tertio, Concilium Nicenum primum docet (inquit Lutherus) res baptizandos esse Paulianus haereticos. Quarto, Concilium Arelatense secundum, receptum in Ecclesia, can. 2. sic habet: *Assumi aliquem ad Sacerdotium in vincula conjugii constitutum, nisi fuerit promissa conversio, non oportet.* Quibus verbis Concilium damnare videtur conjugium, cum enim non sit conversio nisi a malo, jubere quod conjugium converteretur, est conjugium damnare. Denique Concilium Toletanum primum, approbatum a Beato Leone, can. 17. dicit posse admitti ad communionem eum qui concubinae habet, modo non sit uxoratus.

Respondeo negando Antecedens, & ad primam illius rationem dico, Pontifices Judaeorum errasse quidem in

Concilio illi contra Christum inito, non agnoscendo ipsum in Messiam, sed illos non processisse tunc more dogmatico & Conciliari, sed aperta invidia fuisse doctos, non vocato Christo, qui tot insignibus miraculis fide Messiam esse & capite Ecclesie confirmaverat. Quamquam nec proprie fuit illud Concilium, sed conspiratio; non enim conveniunt Pontifices & Pharisaei ad deliberandum de rebus fidei, & de bonis moribus, implorata suppliciter ope divina, sed ad perendum Christum, ut patet ex propositione ibidem facta versu 47. Quid facimus quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, venient Romani, &c.

Ad secundam probationem de Concilio Neocæsariensi, dicendum ipsum loqui de secundis nuptiis, vivente adhuc prima uxore; sive de eo qui habens unam uxorem, matrimonio se conjugat cum alia, Dicit etiam potest quod Concilium prohibet non quidem secundas nuptias, sed sollemnitate que in primo matrimonio fit, in secundo observari: in primo enim obnabantur capita novarum nuptiarum velo quodam partim rubeo partim albo, canon autem citatus prohibet ne Presbyter celebretatem secundi matrimonij cum hac caeremonia faciat.

Ad tertiam de Concilio Nicæno primo, dico quod quia Pauliani heretici negabant Trinitatem, subindeque vere non baptizabant, recte Concilium determinavit, baptizatos ab illis, esse iterum baptizandos.

Ad quartam de secundo Concilio Arelateni, respondeo conventionem non tantum dici de statu malo in bonum, sed etiam de statu bono in meliorem, ut patet ex doctrina D. Gregorii lib. 2. Epist. cap. 100. vocantis professionem Religionis conventionem. Unde sensus verborum Concilii est, non debere assimi aliquem ad Sacerdotium in vinculo conjugij constitutum, nisi fuerit promissa conversio, id est nisi promittat quod adspirabit & tendet ad perfectiorem vitam statum, in quo certe nullas est error.

Ad ultimum de Concilio Tolosan primo, dico illud nomine Concubine intelligi non eam que non est vere uxor, sed illam que ducta est sine dote, & absque externa sollemnitate, ut recte notavit Gratianus dist. 34. Can. omnibus; eo modo quo Scriptura Genes. 25. vocat Agar concubinam Abraham, que tamen vera erat uxor illius, ut patet ex Genesis 16. Neque obstat quod Hæstus Leo qui hoc Concilium confirmavit, in Epistola 92. ad Rusticum Narbonensem e. 4. dicit concubinam non esse veram uxorem; ibi enim nomen concubine sumit aliter quam Patres Concilii Tolosani, nimirum pro ea que sine mutuo consensu perpetuo vivendi simul, assumitur ad confortium thori.

ARTICULUS II.

Reversus breviter omnia Concilia Generalia, in Ecclesia celebrata.

13 Concilia generalia in Ecclesia celebrata in tres classes dividi solent: Quædam enim sunt ab Apostolica Sede approbata, & ab universali Ecclesia recepta; quedam omnino reprobata; & quedam partim approbata, & partim reprobata.

Concilia generalia approbata numerantur hæcque decem & octo. Primum est Nicænum 318. Episcoporum, celebratum sub Vigilio Papa anno 325. Constantino imperante. In eodum potissimum controversia definita sunt, una de celebratione Paschatis, altera de divinitate Christi, adversus hæresim Arianam.

Secundum est Constantinopolitanum I. 150. Patrum, celebratum sub Damaso Papa anno Domini 381. pro divinitate S. Sancti adversus Macedonium illum negantem.

Tertium est Ephesinum I. Episcoporum ducentorum, celebratum sub Castalino I. anno Domini 431. contra Nestorii hæresim penentis in Christo duas personas, humanam, & divinam.

Quartum est Chalcedonenf 630. Episcoporum, celebratum sub Leone I. anno Domini 451. adversus hæresim Eutycheis, unam tantum in Christo naturam asserentis post Incarnationem.

Quintum est Constantinopolitanum II. Episcoporum 165. celebratum sub Vigilio anno Domini 553. adversus tunc invalescentem Originis hæresim, nec non ad sedandos fluctus dissensionum, quibus Ecclesia tunc temporis occasione Synodi Chalcedonenfis agitabatur.

Sextum est Constantinopolitanum III. Episcoporum 289. celebratum sub Agathone Papa anno Domini 630. ad damnandam hæresim Monothelitarum, unicam in Christo voluntatem ponentium.

Septimum est Nicænum II. Episcoporum 350. celebratum sub Adriano I. Papa anno Domini 787. adversus Iconomachos hæreticos, hoc est, sanctarum Imaginum impugnatores.

Octavum est Constantinopolitanum IV. Episcoporum 383. celebratum sub Adriano II. anno Domini 869. propter tyrannicam depositionem Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani, cui Photius contra sacros Canones substitutus fuerat, cujus suavia & opera Græci ceperunt manifeste

contra Primatum Romani Pontificis, quem prius semper agnoverant, sentire, & docere. Ceperunt quoque Latinos odio capitali prosequi, & tanquam anathemate percussos devitare, eo quod addiderit Symbolo Nicæno, & Constantinopolitano verba illa (Filioque) quare palam Græci fe a Romanis, & Latinis diverferunt, indeque nulla amplius celebrata sunt Concilia Generalia in Oriente, sed in Occidente solum.

Novum est Lateranense I. mille fere Patrum, hoc est, Episcoporum, & Abbatum, celebratum sub Calixto II. anno Domini 1122. contra Saracenos, pro recuperanda Terra Sancta, sed non extat.

Decimum est Lateranense II. circiter mille Episcoporum & Abbatum, celebratum sub Innocentio II. anno Domini 1139. contra Antipapam Petrum Leonem, & pro jure Cleri.

Undecimum est Lateranense III. Episcoporum fere trecentorum, celebratum sub Alexandro III. anno Domini 1179. pro reformatione Ecclesie, & contra Waldenses.

Duodecimum est Lateranense IV. Patrum 1285. ex quibus erant duo Patriarchæ Orientales, Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus; Archiepiscopi tum Græci, tum Latini 70. Episcopi 400. Abbates 12. Priores conventuales 800. celebratum fuit sub Innocentio III. qui ipse etiam præfuit, anno Domini 1215. contra varias hæreses, transubstantiationisque vocabulum in Sacramento altaris, in hoc Concilio approbatum est.

Decimumtertium est Lugdunense I. celebratum sub Innocentio IV. anno Domini 1245. contra Fridericum II. Imperatorem, qui ad Concilium vocatus, & venire recusans, tanquam hostis Ecclesie judicatus, Regno Siciliae, & Imperio Romanorum privatus est. Actum etiam fuit de recuperanda Terra Sancta, Sancto Ludovico Rege constituto Duce illius quatuor expeditionis sacre.

Decimumquartum est Lugdunense II. Patrum fere mille, ex quibus erant Episcopi 500. Abbates 60. & alii Prælati minores, celebratum sub Gregorio X. anno Domini 1274. contra errores Græcorum, qui opera, & industria S. Bonaventuræ, cum Latinis conjuncti sunt, & conciliari super articulo de processione Spiritus Sancti. Quare definitum est Spiritum Sanctum ex omni eternitate a Patre, & Filio procedere, sed non tanquam a duobus spiritoribus, sed ab uno Spiratore, & principio, neque duabus spirationibus, sed una tantum spiratione, Græci enim putabant, Latinos asserere, Spiritum Sanctum procedere a Patre & Filio, tanquam a duobus Spiratoribus, & principiis, duabus quoque spirationibus, non una. Fuit hæc concordia Græcorum cum Latinis decimartia, quamvis diu non perduraverit, sicut nec præcedentes.

Decimumquintum est Viennef Episcoporum ferie 300. celebratum sub Clemente V. anno Domini 1311. Templariorum Ordo, qui annis 203. steterat, in eo suppressus & extinctus est. Damnatu Begardi & Beguine, nec non reprobata doctrina, qua traheratur animam rationis competentem, non esse corporis humani formam.

Decimum sextum est Florentinum Patrum 141. qui subscripserunt, & multorum aliorum qui ante subscriptionem discesserant, celebratum sub Eugenio IV. anno Domini 1439. in eo Græci ultimo conveniunt cum Latinis super quinque fidei articulos de processione Spiritus Sancti ab utroque, de Purgatorio in certo loco, & corporali igne, de Primatu Ecclesie Romanæ, & Pontificis super omnem Ecclesiam quod Latini merito addiderunt Symbolo (Filioque processit) ac tandem, quod iustis de causis in azy-mo consecrarent, quamvis Græci in fermentato rite & legitime Eucharistiam conficerent. In hoc item Concilio Armeni sese ad Ecclesiam Romanam redulerunt, & ceperunt ab Eugenio IV. Decretum fidei, in quo breviter continetur doctrina quam habet Ecclesia Romana de septem Sacramentis.

Decimumseptimum est Lateranense V. Patrum 114. celebratum sub Julio II. & Leone X. anno Domini 1512. & sequentibus contra schismata, & pro aliis variis negotiis, quorum præcipuum fuit Pragmaticæ Sanctionis abrogatio.

Decimumoctavum est Tridentinum, sex Cardinalium, quatuor Legatorum, Patriarcharum trium, Archiepiscoporum triginta duo, Episcoporum ducentorum viginti octo, & Abbatum quinque, Generalium ordinum septem, Episcoporum procuratorum multorum, celebratum sub Paulo III. Julio III. & Pio IV. ab anno 1545. quo inchoatum fuit, usque ad annum 1563. quo finitum fuit, contra hæreses Lutheranorum, Calvinistarum, & aliorum.

Cum autem Catholicis præfata decem & octo Concilia generalia pro authenticis unanimiter recipiant; Græci tantum recipiant prima septem, Lutherani prima sex, Eutycheiani, qui adhuc inveniuntur in Asia, prima tres; Nestoriani, qui etiam in Oriente relictæ sunt, prima duo; Trinitarii, qui in Hungaria & Polonia nunc versantur, nullum admittunt.

Concilia generalia reprobata sunt septem, nempe Aretiochenam, tempore Julii I. & Constantii Imperatoris; circa annum Domini 345. in quo ab Arianis damnatus est Athanasius.

Athanasius, & via patefacta ad averfionem Concilii Nicæni primi. Mediolanense Episcoporum plusquam 300. tempore Liberii, & ejusdem Constantii, circa annum 354. in quo etiam oblique fides Catholica damnata est. Animenf Episcoporum 600. tempore Felicii II. & ejusdem Constantii anno 373. in quo sublatum est de Symbolo nomen hominif, Ephesinum secundum tempore Leonis I. & Theodosii junioris, anno 449. in quo factione Dioscorigis occisus est S. Flavianus Episcopus Constantinopolitanus, & Legati Romani Pontificis fugati, ac demum hæresis Eutycheiana confirmata. Constantinopolitanum tempore Gregorii II. & Leonis Iffauri Iconomachi, anno 730. celebratum, contra sacras Imagines, renitente S. Germano Patriarcha Constantinopolitano, qui propterea a sua Sede dejectus est. Item aliud Constantinopolitanum Episcoporum 338. tempore Stephani II. & Constantii Copronymi, anno 755. in quo etiam Christi & Sanctorum Imagines abolitæ sunt. Paffum contra Julium II. anno 1511. reprobatur passio post in Concilio Lateranensi quinto, sub eodem Julio II. celebrato.

15 Quantum vero ad Concilia, partim confirmata, & partim reprobata, sex enumerantur, ex quibus primum est Sardienf, tempore Julii I. & Constantii coactum, in quo trecenti Episcopi Occidentales fidei Catholice subscripserunt, reliqui vero septuaginta sex qui erant Orientales, fidei Arianæ. Secundum fuit Concilium Sirmienf sub Liberio Summo Pontifice, Constantino imperante, in quo due forme fidei compositæ sunt, una Græco idioma- te Catholica, altera in lingua Latina, apertis blasphemis plena. In eo etiam Pectini heretici damnatio facta est, quam universalis Ecclesia recepit. Tertium est, Concilium Trullanum, Constantinopoliti in Palatio quod dicitur Trullum celebratum, tempore Sergii Papæ, & Justiniani Imperatoris. Dicitur autem partim approbatum, quia licet Sergius Papa tunc sedens idem reprobavit, subindeque Canones illius nullam ex fe vim habent; tamen octogefimus secundus de pingendis imaginibus postea receptus est ab Adriano Papæ, & a septima Synodo generali. Quartum est Concilium Francofordienf, tempore Adriani I. & Caroli Magni Francorum Regis coactum; licet enim confirmatum fuerit quoad dogma in quo definit, Christum non esse Filium Dei adoptivum, reprobatum tamen fuit quoad aliud, in quo ex errore damnatur septima Synodus. Quintum est Concilium Constantienf inchoatum sub Joanne XXIII. & finitum sub Martino V. tempore Sigismundi Imperatoris: licet enim approbatum fuerit a Martino V. quantum ad ultimas sessiones, non tamen quoad primas: Sextum denique est Concilium Basileenfe, tempore schismatis inchoatum, & continuatum Basileæ, ac deinde Lausanf finitum anno 1449. quo tempore cessit Nicolao V. Pontifici, tum ipsum Concilium, quam Felix V. in Summo Pontificem tempore schismatis ab iplo Concilio creatus, cujus Concilii nihil approbatum fuit, præter aliquas dispositiones circa beneficia Ecclesiastica.

16 Præter quinque fidei regulas jam explicatas, nimirum Scripturam, Traditionem, Ecclesiam, Summum Pontificem, & Concilia generalia, alii sextum assignant, nempe unanime SS. Patrum in vero sensu Scripturæ explicando, vel traditione referenda, vel Ecclesie sensu, & dogmate fidei, ut tali indubitanter asserendo, consensum. Hunc enim Ecclesia universalis sequitur; & sequitur teneur in materia fidei, ut patet ex Concilio Lateranensi centum quinque Episcoporum sub Martino I. consulatione 5. ubi ex quinta Synodo generali referuntur hæc verba: Super his autem in omnibus sequimur sanctos Patres, Doctoresque Ecclesie, Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium Theologum, & Gregorium Nyssensem, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Joannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proculum, & simplicissimum omnia, quæ ab eis pro recta fide, & in condemnationem hereticorum expofita sunt. Sufcipimus autem & alios sanctos & orthodoxos Patres, qui in sancta Dei Ecclesia rectam fidem irreprehensibiliter usque ad finem vitæ prædicaverunt, &c. Apud Giesler. Cantie. 5. versu 7. Unde SS. Patres, & Ecclesie Doctores, teste Casiodoro, sexaginta illi fortis funt, qui lectum Salomonis, ipsam scilicet Ecclesiam, indefesse custodiunt, dum illam lais sententis & scriptis, adversus hæreticorum tela communiunt, & defendunt. Immo ipfi sunt (inquit Prosper lib. 2. de vita contemplat.) Qui per Dei gratiam sunt divina voluntatis indites, Ecclesiarum Christi post Apostolos fundatores, fideles populi duces, veritatis asseratores, pravæ doctrinæ hostes, Patres in fide Catholica regeneratorum. Prædicatores castissimi, primi phalanges indivisibilium prætorum, exempli bonarum operum, documenta virtutum, & forma salutis. Ipfi sunt Ecclesie duces, ipfi columnæ firmiffimas, quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium, &c.

17 Dixi consensum unanimiti Sanctorum Patrum, quia nullus est ex SS. Patribus, & Doctoribus, eorum sumptus, qui sit regula infallibilis fidei, cum nulli sit promissa infallibilitas, & singuli fere in quibusdam erraverint, ut Cy- Theol. Gener. Tom. IV.

prianus in hæreticis rebaptizandis, Hieronymus in aliqua parte Danielis rejicienda, Hilarius, Ambrosius, & Augustinus, in asserenda Angelorum corporeitate; Gregorius Nazianzenus, Basiliius, & Origenes, in asserenda eorum creatione ante mundum corporeum; & alii in aliis. Unde August. in Epistola quadam ad Hieronymum, hæc præclaræ scribit sententiam, que etiam in volumine decretorum dist. 9. cap. Ego solis, recitatur in hunc modum a Gratiano: Ego solis scripturarum libris, qui jam Canonici appellantur, didici hæc timorem honorisque deferre, ne earum nullum Auctorem aliquid errasse firmissime credam. Si autem aliquid in eis invenero quod videtur contrarium veritati, nihil aliud quam mendacium credidit esse, vel non assecutum interpretem quod dictum est, vel minime me intellexisse non ambigam. Alio autem ita lego, quantumlibet sanctitate vel doctrina polleant, ne non ita verum putem, quin ipfi ita scripsit, sed quia per alios Auctores, vel Canonicos, vel probabiles rationes, quia a vero non aberrant, mihi persuadere poterunt.

DISPUTATIO VI.

Ab Actu fidei interno.

Ad questionem 3. D. Thomæ.

CUM actus virtutis speciem desumat ad objecto, ipsumque habitum virtutis specificet, atque ita sit medius inter utramque, post exactam objecti nostre fidei considerationem, statim occurrit consideratio actus illius. Hic autem est duplex, internus nimirum; cujus definitio est, quod sit assensus firmus, in auctoritate Dei obfcurè revelantis fundatus; & externus, qui nihil aliud est, quam exhibitio signi alicujus sensibilibus, qui internus fidei actus declaratur. De primo agemus in hac disputatione; de secundo in sequenti.

ARTICULUS I.

Utrum ad actum internum fidei requiratur pia motio voluntatis.

Partem negantem tenet Scotus in 3. dist. 25. q. 1. & 2. 1. Holcot in 1. quest. 1. art. 1. & Pius Mirandulanus in Apologia, quest. 8. diverso tamen ducti fundamento: duo enim ultimi existimant intellectum cogi ad assentiendum per motiva credibilitatis, non minus quam cogitur ad assensum conclusionum propter demonstrationem, unde sicut assensus scientificus non exigit piam motionem voluntatis, ita nec assensus fidei. Scotus vero docet ad actum fidei sufficere quod voluntas ad illum mere negative se habeat; seu quod illi non resistat; minime vero requiri quod intellectus ad assentiendum veritatis revelatis positive applicet, ac determinet. Pro defensione affirmativæ sententiæ que communis est apud Theologos.

Dico, ad actum internum fidei requiri motionem voluntatis, qua determinet & moveat intellectum, ut credat id quod ipsi cum obfcuritate proponitur.

Probatur primo ex Scriptura: nam ad Rom. 10. dicitur 2. Corde creditur ad iustitiam, id est, voluntate movente & applicante ad credendum, ut explicat D. Thomas ibidem lect. 2. & Hæz 6. & Joann. 12. infidelitas Judæorum ascribitur duritiæ cordis, id est obstinæ voluntati. Item Lucæ 24. sic Christus increpavit duos Discipulos euntes in castellum Emaus: O stulti, & tardi corde ad credendum! id est, quorum voluntas ad credendum tarde & difficile se determinat. Denique actuum 16. dicitur de Lidia purpuraria: Dominus aperuit ei cor, ut intelligeret, & crederet: hæc que dicebantur a Paulo: ubi per cor significatur voluntas, que prius tangi & immutari debet per auxilium gratiæ, quam intellectus præbeat assensum veritatis revelatis. Unde in Concilio Arauscano can. 5. asseritur, initium fidei, sive credulitatis affectum (qui est ipsa pia motio voluntatis) dari nobis per Spiritum Sanctum.

Probatur secundo ex Augustino Tract. 26. in Joannem, ubi sic ait: Intrare quisquis in Ecclesiam potest volens, accedere ad altare potest volens, accipere potest sacramentum volens, sed credere non potest nisi volens: Ergo ex Augustino actus fidei est voluntarius, subindeque supponit motionem & determinationem voluntatis applicantis intellectum ad credendum.

Probatur tertio: Assensus fidei est liber, non solum quoad exercitium, sicut actus scientiæ & intelligentiæ, sed etiam quoad specificationem, sive in ratione assensus potius quam dissensus: Ergo requiritur necessario pia motio voluntatis, ratione cujus determinetur intellectus ad illum, tam quoad specificationem, quam quoad exercitium. Consequenter illegitima: omnis enim actus liber intellectus, formaliter quæ liber est, dependet a voluntate, & indiget ejus determinatione. Antecedens vero probatur primo ex